

§. XLI.

Dictum haftenus fuit de effectibus Confessionis in jure factæ ac judicialis, fequitur nunc Extrajudicialis, quæ ex communi Dd. sententia plenam operatur probationem, quia in promissionem cadit, *l. 25 ff. de probat. Carpz. p. 1. C. 16. def. 21.* scil. præfente & acceptante Adverfario. Sin verò abfente eo facta fuerit, femiplenè tantum probat, ita tamen ut Adverfario deferri poffit juramentum fuppletorium. *Bart. & Jaf. in l. 31. de injur. Fab. in Cod. Lib. 4. tit. 14. definit. 25. Carpz. d. l. Perez. in C. b. l. n. 17.* atque fic quoque tenet ufus, licet quidam difsentiant. vid. *Hahn. ad Wefenb. b. l. n. 10.*

§. XLII.

In judicio criminali, ubi non de glande legenda, fed de fama & hominis vita, re pretiofiffima & irrecuperabili, Confefiones non femper eundem, quem in civili, obtinent effectum. Ita enim fcribit *D. Severus in l. 1. §. 17. de quæft. Confefiones Reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, & Ulp. in d. l. §. 27. Si quis ultrò de maleficio fateatur, non femper ei fides habenda eft.* perfectiores liquidem & luce clariores hic requiruntur probationes, omnique exceptione majores. *l. f. C. de probat.* In genere tamen de effectu hujusmodi confefionis tenendum, in criminalibus nunquam haberi projudicato fed femper opus effe fententia Judicis, *l. 5 ff. de cuft. Reor. Zæf. b. n. 14.* Licet n. quis factum turpe fateatur, ex hoc ipfo tamen non fatis abundè conftat, quale quantumque illud fit delictum, qualeve pœnam mereatur, cum & facti inqvisitio fæpe magnam prudentiam & pœnæ æftimatio multum judicii defideret,  
ne